

באלחיש

19.

הצתקת עב חזקניבים

Seu

VERSIONEM

LXXII SENIORUM,

DISPUTATIONE PHILOLOGICA

Versatam,

Permissu Ampliss. Facultatis Philosoph.

Acad: Abcens:

SUB ARBITRIO

Viri Altmod: Rever: & Praclariss:

D^N. M. ISAACI

ΒΙΤΗΜΑΝΝ/

Lingv. Orient Profess. Ord. Celeberrimi,
h. t. Rect. Magnifici,

Candidis Φιλονύμοις

In Auditorio Maximo

a. xiv Decemb. An. vergentis 1701.
ventilandam

Modeste sistit

MATTHIAS ELEG.

Exc. Jo. Wal.

SACRÆ REGIÆ MAJESTATIS

SUMMÆ FIDEI VIRO,

In CHRISTO

Reverendissimo Patri ac Domino,

DN. JOHANN

GEZELIO,

S.S. Theologiæ DOCTORI

longe Celeberrimo,

Inclutæ Diœcesios Ab: EPISCOP

Eminentissimo,

Ad Auram Musarū florentiss: Cho

PRO-CANCELLARIO

Magnificentissimo,

Venerandi iridem Consist. Eccle

PRÆSIDI longe Gravissimo,

MÆCENATI & PATRONO submissa ar-

miveneratione ætate suspiciendo

devenerando, colendo.

ÆTATEM & ANNOS SEROS!

ED. RAIETTAM

MAgne sacerd_z PATER quem sanctum
Numen ab alto
Constituit fidei, Castalidumq_z Duce_m.
Cum memini quod non sit Phœbo gratior ulla.
Pagina, quam Tua que nomina fronte gerit.
Multæ meam subeunt timidam tardantia mentē;
Ne tantam auderet charta subire domum.
Scilicet, exiguae mea mens sibi conscientia venæ,
Herebat gelido mastæ retenta metu.
Ast ubi perpendo quod matris ad ubera flentes
Infantes, tenera Numinæ voce vocent:
Quodq_z solent pueri conchos dum in littore
querunt,
In sabulo nomen pingere grande fovis.
Gestio tunc humilis, præfigere magna PATRONI
Exili scripto nomina VESTRA cliens.
O super hanc laxa VESTRI tegumenta favoris,
Quo suavisti isthoc sapè fovere solum.
Semper ego orabo supremum Numen in alto,
Ut TUA sint vite tempora multa satis.

Reverendiss: Vestræ Paternitatis

devotissimus cultor

Matthias Elg.

Plurimum Reverendis & Clariss:
Reverendis,
VIRIS ac

DN. JOSEPHO WALLENIO,
Pastori in Wesilar meritissimo, nec
non adjacentium Ecclesiarum Præ-
posito per gravi, affini suo propenso.

DN. H A H N S F L O D R/
Militiae Equestris Secretario perindu-
strio, affini suo in multis colendo.

DN. JOHANNI ERICIO,
Pastori Legionis accuratiss: item Nu-
tritio suo benignissimo.

DN. JACOBO CALLIA,
Territorii Superioris Prætori accu-
ratissimo.

DN. LAURENTIO E L G/
Sacellano in Hwittis vigilantissimo,
Parenti suo reverenter suspiciendo.

PATRONIS, FAUTO
humili, pia, & officiosa men-
ANNOS, & PRO

per quam Reverendis, Spectatis:
et Doctissimis
Dominis,

Dn. JOHANNI KECKONIO,
Pastori in Hwittis vigilantissimo,
ut & adhærentium parœciarum Præ-
posito meritissimo.

Dn. GABRIELI MEXMONTANO,
Pastori quæ in Lempelâ Deo colligitur,
dignissimo, Nutritio tuo indulgentiss:

Dn. NICOLA O WÆRMAN/
Territ. reddituum Præfecto fidelissimo,
Nutritio suo omni liberalitatis laude
dignissimo.

Dn. JOHANNI ZIDEEN,
Prætori reddituum territorialium
in Wehmo fideliss.

Dn. MICHAELI MEXMONTANO,
Scellano in Lempelâ attentiss.

RIBUS, & AMICIS,
te venerandis & colendis,
SPERA QVÆVIS!

Indulgete Patres Vos Fautoresq;
benigni,
IQvod lufus nostri nomina ve-
stra gerant;
Non quia sit titulis digna hæc mea
chartula tantis,
Sed quia devota Vos ego men-
te colo.
Respicite hæc igitur pacata fronte
Patroni,
Sint licet hæc Vestris munera
parva foci.
Interea ast Vobis longissima stami-
na vitæ,
Opto & post cineres nomina
vestra cano.

Vestrorum Nominum

humillimus ac officiosus
cultor

Matth: Elg.

*Ad Optimæ spēi Juvenem
Eruditione & modestia conspicuum;*

DN. M A T T H I A M E L G

Satagundensem,

Dum disputationem suam de septuaginta
ta Interpretum versione, nervosè &
eruditè conscriptam, defende-
ret publicè,

GRATULATIO:

Versio quid valeat, quæ septuaginta vi-
rorum

Nomine vulgata est, Græcoque idiomate sancte
Exprimit, in Veteri cœlestia fœdera pacte
Contenta, id præsens tua dissertatio docta
Pluribus exponit, nostri spes ampla Lycei.
Elophie et studii sacri ingeniose satelles,
Non igitur mirum, Musas concurrere sacras
Ad tua cingendum frondosâ tempora lauru,
Quodque bredi ut fiat. voveo de pectore toto!

Subito sed prolixiore
affectu scripta.

à

JOHANNE FLACHSENIO
S. S. Ib. D. Prof. Primario.

Indulgete Patres Vos Fautoresq;
benigni,
Qvod lusus nostri nomina ve-
stra gerant;
Non quia sit titulis digna hæc mea
chartula tantis,
Sed quia devota Vos ego men-
te colo.

Respicite hæc igitur pacata fronte
Patroni,

Sint licet hæc Vestris munera
parva focis.

Interea ast Vobis longissima stami-
na vitæ,

Opto & post cineres nomina
vestra cano.

Vestrorum Nominum

humillimus ac officiosus
cultor

Mattb: Elg.

*Ad Optimæ spei Juvenem
Eruditione & modestia conspicuum,
Dn. MATTHIAM ELLG*

Satagundensem,

Dum disputationem suam de septuaginta
ta Interpretum versione, nervosè &
eruditè conscriptam, defende-
ret publicè,

GRATULATIO:

Versio quid valeat, quæ septuaginta dicitur
rorum

Nomine vulgata est, Græcoque idiomate sancte
Exprimit, in veteri cœlestia fœdera pacto
Contenta, id præsens tua dissertatio docta
Pluribus exponit, nostri spes ampla Lycae.
ELLG Sophia & studii sacri ingeniose satelles,
Non igitur mirum, Musas concurrere sacras
Ad tua cingendum frondosâ tempora lauru,
Quodque brevi ut fiat. voveo de pectore toto!

Subito sed prolixiore
affectu scripta
a

JOHANNE FLACHSENIO
S.S. Ib. D. & Prof. Primario.

Ad

Dissertationem elegantis & argu-
menti & elaborationis,

VIRI JUVENIS,

Doctrinæ laude, & virtus integritate
commendabilis multum,

DN. MATTHIAE ELEGI
Amici mei sincerè dilecti,

Σύγχρονα,

Eγώ διδυνηρὶ πέλοι πενίς φίλ' ἐκ τοῦ θεοῦ
Χρήστου μέρων τέρπεοδός πότε καὶ ἀνθεστὴρ θεοῦ,
Οὐκον φεύγεις, φιλόπονος καὶ τῶν συφίνην
Σπένδων, αὐτὴν κτῆμα βρετοῖσ' ἀναφάρετον
ἴξεις.

quod L. mag. sed αὐτοσχεδιασί^e
adjeci

DAVID GUND.

* * * * *

O Pater Omnipotens rerum cui Summa potestas
Fac mea per placidas Cymbula currat aquas !

CAPUT PRIMUM.

MOMENT. I.



vemadmodum DEO Ter
Optimo Maximo, juxta
placitum suum, nulla alia
fuit causa creandi ho-
minis ad imaginem
& similitudinem suam, qvam ut is, tan-
qvam viva ejus imago, eum, creatorem
suum agnolceret, admiraretur, amaret:
sic notitiæ huic de se, qvæ præcipua erat
pars imaginis divinæ in homine, quo-
modo in homine, vel conservaretur, vel
etiam incrementa caperet, semper invi-
gilavit provida DEI cura, ut etiam in
statu innocentia, ubi tamen hæc notitia
in se, clara erat & distincta, revelatione
eam illustraret, ceu Cœli & terræ testan-
tur annales. Ubi vero hæc notitia post
lapsum (nunqva satis deplorandum)

A

ob-

obtenebrata fuit & rubigine obducta,
non solū populo Judæo, qvem singulari
amore prosequtus est, & in peculiū sibi
elegit, notitiā sui, noto ipsis sermone in
literas relatam, dedit & inculcavit eadem
DEI cura, quod idcirco, ceu singularis
gratiæ & amoris ejus in illam gentem
documentum, passim celebrant sacræ li-
teræ: verum etiam, post qvam gens ista
duræ cervicis, ab notitiæ hujus lumine
cœpit se avertere, per illos ipsos, qui hac
gratia le reddiderunt indignos, ante
qvam illa politia in totum deficeret, &
notiæ sui monumenta simul cum gente
vetustas exederet, omnibus fere genti-
bus, qvos in eorum locum surrogare &
intabernacula Semi colligere placuit, per
varias versiones aperuit, adeo ut hoc
tempore, jam Syri & Samaritani, jam
Chaldæi & Persæ, jam Arabes & Æthio-
pes, jam Græci & Ægyptii, DEUM sua
ipsorum dialecto in scriptis loquente au-
diant: Iterum Germani, Galli, Hispani,
Itali Angli, Batavi, Dani, Sveci, Fiñones,
Poloni, & omnes fere gentes sub cœlo,
de

de hac DEI notitia, ex scripturis, vernalibus sibi linguis erudiantur. Inter antiquissimas vero Versiones, quas de eloquii suis jam ante exortum salutare suum Sydus fieri voluit Sanctissimum Numen, eminet vetusta illa & per bis mille annos celebrata Versio LXX viralis. Quae, licet apud plurimos, cetera eruditos viros, non multæ sit fidei, quum tam ab æc multis & magnis, in maximis habeatur laudibus; Imo apud omnes commentatores, etiam ipsos, apud quos alias non magni aestimatur dicta Versio, passim in expositionibus consulatur, ad puli animum, non quidem ad componendas lites, quas excellentissimi Philologi. Brian: Valton: Hottin: Calov: Leusd: &c. super eam movent; non enim ego, *Tantorum tantas possum componere lites*, sed tantum modo breviter & fideliter memorandum Benevolo Lectori, quod de hac ipsa Versione, inde ab tot seculis quibus viguerat, relatum est, vel dicti modo auctores inter se super eam concer-
tant, partim ut eo ipso teneras ingenii

mei vires exercearem, partim etiam ut ei, cui ex pingviori luto finxit præcordia. Titan, facilius sit conjcere, qvid in hac re sit tenendum, sperans satis inferioribus esse ingeniis, si magna saltim moliantur cum efficere non possint. Ne vero qvæ in præsentem rem coguntur, incertis & amplis passibus oberrent, eas tenere placet leges, ut duobus capitibus, omnia qvæ in hanc rem commentari, sedet animo, contineantur; qvorum prius, historiam Interpretum, ceu causam hujus Versionis reliqvasque circumstan-tias tradet, posterius in ipsam versionem, tanquam effectum, aliqvo usqve inqviret.

MOMENT. II.

Qvamq; itaq; non pauci vel fu-
erint vel esse possint, qvi, dum ani-
mum ad exactam versionis Græcæ qvæ
vulgo LXX viralis vocari s̄evit, hi-
storiam adornandam appellerent, id
sibi negotii dari crediderunt, ut hæsi-
tandi argumenta posteritati suppedita-
rent non contempnenda, tales interpretes,

qva-

qvaleſ fuisse perhibentur, nunquam extitſce : Certum tamen manet, fuisse qvoſdam , qvaleſcunque demum fuerint, qui versionem , quæ nomine ^{tār} LXX circumfertur, adornarunt, cum ipsa versio, utpote quæ, non modò ab aliis versionibus, ſed etiam Græcis, quæ extant, multis differat, ~~avauimēntas~~ hoc evincat. De numero autem eorum ut variorum variæ ſunt opinioneſ, ita reſ altioris indaginis , & ea de cauſa ſub examen revocanda. Scribunt eqvidem Ariftreas, qui primus integrum de translatione LXX viralii historiam contexuit, Josephus, & Philo Judæus, antiquitatum Judaicarum ſcriptor fideliffimus, & reliqui, qui ſua ab Ariftea mutuati ſunt : Regem Agypti, Ptolemaeum philadelphum, literarum amantiffimum, ab Eleazaro, ſummo tunc temporis apud Iudeos Sacerdote, & Synedrii magni praefide, contendiffe, viros Hæbraicis & Græcis literis politos ad ſe mitteret, qui Biblia Sacra, Græcè ſibi exponerent, ut Bibliothecæ ejus Alexandrinæ inſererentur, illum vero, ſenors ex qvalibet tribu ſelectos cum

optimis exemplaribus Alexandriam misisse, ut
 desideratum opus conficerent. Cum itaque
 ex singulis XII tribubus, seni deputati
 sunt, exsurgunt Interpretes numero
 LXXII, qui numerus Patribus placuit &
 modestioribus historicam veritatem se-
 quentibus, inter quos Brianus Walton:
 Pfeiterus, Jordan Æden: nomen profi-
 tentur suum: Sed cum his nulla nobis
 oritur contentio, quia LXXII, numero
 rotundo LXX commodè dici possunt,
 unde & hic numerus pluribus in ore
 fuerat & erit, etiam post severiores
 Scaligerianas observationes, sic Patribus
 Græcis ἑπτάνεα τῶν ἐβδομήκοντα Ara-
 bibus Christianis שבען שבא Hebræis
 חמשת העתקות השבעה קיל. הוקניַם dicta est.
 Qvindecim fermè à nato Christo efflu-
 xerunt secula, quibus, ut de aliis circum-
 stantiis ita de numero Interpretum aliud
 quicquam movere, quam quod prædi-
 cti auctores posteritati reliquerant, cri-
 men fuisset nefarium, excepto unico
 auctore Talmudico, qui, aut memoria
 lapsus

lapsus, aut inter scribendum dormitans,
 in Mass. Soph. Cap. I. Sect. 7. Translatio-
 nem Græcam opus quinque Seniorum
 vocat, quæ verba huc ἀνελέξει inserimus:
 מעשה בחמשה זקנים שכחטו לתלמידי המלך
 את התורה יוניות והוא היום קשה לישראל
 : כיום שנעשה העבר Opus quinq;
 Seniorum, qui scripserunt Ptolomeo Regi legens
 Græcè: Et fuit dies ille gravis Israeli sicut dies
 quo factus est vitulus. Hoc scrupulo velut e-
 ridis pomo, & infasto sidere injecto, in-
 ter plerosque cœptum est de hac re di-
 sputari & dubitari, adeo ut Huldricus
 Zwinglius rationibus diffidens, in Præf.
 Comment. in Gen. Versionem sive septua-
 ginta sive septem millium Interpretum nun-
 cuparet. Præcipue vero neoterici Criseos
 auctores, qui, ut pleraque alia in hoc
 puncto, ita maximè numerum hunc, in-
 dubium vocare haud pigrati sunt, ut
 Hotting. in Thesl. Philo. lib. I. sect. 3. de
 versl. Græc. Leusd. in Philol. Heb. diss. 2.
 Calovius, & alii: audacius tamen præ-
 ceteris Joseph. Scaliger, exactum hunc
 numerum iepuagenarium impugnavit,
 cum

cum Annot: in Euseb: tum Epist. 14. totam rem suspectam reddit, imo ipsum librum Arist. unde tam Josephum quam alios, qui posteritati eam tradiderunt, sua mutuatos dictum est prius, à Judæis Hellenistis falso venditatum, nec non LXX Interpretes a Ptolomæo per Demetrium accersitos, magis Judaicam adfirmans sapere fabulam, hoc præcipue inductus argumento: Qvod eo tempore non amplius XII tribus superstites fuerint, decem tribubus nunquam ex captivitate dimissis: cuius in sententiam pleno gradu ivere Joh. Wover. cap. 4. & Dan. Heint. in Aristarch. Sac. c. 10. qui occasione verborum Mos. Exod. 24. v. 9. ubi Moles, Aaron & Septuaginta Seniores Israel dicuntur ascendisse ad DEUM, ex LXX Senioribus, LXX Interpretes ortos amat dicere. Et quia de illis dicitur: οὐδὲ διεφῶνεν ὅτε εἴς δισενήσσε ex illis neminem, inde famosas illas Scenas de consensu eorum. Cujus tamen παρόμωμα, cum nihil ad rhombum facere videatur,

Brian:

Brianus Walt. vir ex editione operis
 $\pi\alpha\lambda\gamma\lambda\omega\tau\gamma$ celeber: in prol: ad Bibl. Po-
lyg. exhibilat. Ita cum ab utraque par-
te adversis frontibus pugnatur , ma-
lim hic pugnæ esse spectator, quam eo-
rum armis memet implicare & contra
alterutrum quidquam movere, quamvis
interea antiquæ modestiæ lubentior ac-
cederem, cum & ipse D. Calov: Critico-
rum tere Phœnix in hac re calculum po-
tius suspendere voluit quam perfracte re-
fragari iis partibus, in quas antiquitas
ἀναμφιβοήτως ferè ivit; nec non beat⁹ Hie-
ronymus vir verè Ιερόφορός μεν Θ., qui licet
cellularum historiam, quam & Arist. &
Joseph: tacent, rejiciat, tamen numerum
septuagenarium non damnat, & à Pro-
lomæo eos accersitos, nullus dubitat, ve-
rum freqventer Aristeam & Josephum
citat. Quid &, si cum Scaligero Aristar-
chum quis agere, historiæq; veritatem,
quam Josephus cum reliquis ab Aristea
recitat , in dubium vocare velit, facile
omnibus historiis fides derogari posset.
Quid ni potius historiæ Talmudicæ? ut-

pote plenæ nugarum, quæ exiguam vel omnino nullam merebitur fidem, cuius tamen fide & auctoritate inductus Scaliger numerum hunc primum impugnare cœpit, subinde & alia convellere. Qvin imo? valida alias ratio Scalig: eo tempore XII tribus nec fuisse superstites, unde nec senos ex qualibet tribu deputari potuisse, vacillare incipiat, si modo attenditur ad id, qvod sicut numerus septuagenarius fuit Judæis famosus, ita etiam voluisse Judæos numerum Interpretum ad numerum virorum Synedrii magni accommodare, quamvis XII tribus eo tempore nec fuissent superstites in Judæa, de qua tamen re, in momento seqventi despiciendum.

MOMENT. III.

Numero eorum inito, jam recto cursu ad natale seorum expendendos contendimus, circa qvod tot labyrinthorum mæandri occurrunt, ut quæ nobis vestigia premenda fuerint, vix appareat. Primo prodeunt, qui defendunt senos ex sin-

gu-

gulis duodecim tribubus deputatos, Hierosolymam à summo sacerdote (quem vulgo **חַיְשִׁיבָה** שָׂנָא Caput sessionis vocant) per literas Ptol. Phil. Regis Ægypti, missos esse. Hisce Duce se præbuit Aristreas in Hist: de hac versione, ubi & collegium τῶν ἐβδομήκοντα adjungitur, qvod hic brevitatis studio omittitur, qvo B. L. remittimus: quem pari passu sectantur Epiphan: Joseph: Philo: R. Azar: in Meor Enaim cum plurimis aliis, audaciorem autem se præbet Hilar: cui Baron: ad Ann: Chri: 231 Sect. 18 premit pollicem, ipsos Synedrii magni Assessores LXX versioni huic adornandæ adhibitos fuisse sentiens, hac de causa, qvod vulgo *seniores*, nomine Synedrii magni Hierosolymitani consiliariis usitatisimo, appellantur. Qvæ Tenedia libertas, Tenedia præcisa est securi à Joseph: Scal: in animadves: Eus: ad an: 1234; qui & ex duodecim tribubus, & Synedrii magni Assessores eos fuisse plane præcidit his ictibus. (a) Qvod eo tractu temporis, non amplius Synedrium

XII constitit tribubus sed duntaxat tri-
 bu Beniamin & Judæ, reliqvis omni-
 bus in Syriam, ad perpetuam captivita-
 tem deportatis: Sicqve minus Pontifex
 certos senos ex qvalibet tribu posset de-
 ligere. Et licet forte ex captivis tribu-
 bus in Judæa remansissent, tamen eos
 haud statim Eleazaro ad manus fuisse,
 aut tanti habitos, ut par ex illis nume-
 rus deputaretur, (β) Non potuisse ver-
 sionem illam consensu, nedum opera Ju-
 dæorum Palæstinorum adornari, qvan-
 doqvidem ob eam, jejunium & angari-
 am die 8 mensis Tebeth (qvale Hebræis
 תְּעִבּוֹר vocari placuit nec celebrari
 dicuntur nisi propter θεομηνίαν aut ca-
 lamitatem aliquam) instituerint; imo tri-
 duo tenebras toti orbi ob audaciam istam
 incubuisse exponunt. Qvæ ita speci-
 osè traduntur ut nullum non move-
 ant. Nos, qvamvis eandem cum Hilario,
 Baronio: aliisqve ejus sententiæ asseclis
 inflaretibiam nolumus, qvibus iplos syn-
 edrii magni Assefiores LXX versioni
 huic adornandæ exhibitos esse magis
 pla-

placuit; cum (N) hoc gravitati illorum
haud videatur consentaneum, (ɔ) Syne-
drium fixam Hierololymis haberet sedē
ad qvod ortis dissidiis ab omni tribu ulti-
ma facta est appellatio, qvis sibi persuaderet
collegium istud, deserta Thetidis tede, &
gente sine Judicibus, in regionem exte-
rā transmigrasse, qvod nec Aristeas vult
verum duntaxat Ptolomæū impetrasse, ut
ex omni tribu leni apti muneri huic sube-
ndo, deputarentur. (ɔ) Nec qvidquam
stringit vox: *seniorum* qvam Baron: urget
ex Origene, qvi freqventer eos nominat
seniores, siqvidem ut recte commonefa-
cit Clar: Alting: *Nomen istud sit etatis non*
dignitatis hist: Eccles: loc. II. Nec tamen
in Scaligeri verba juram⁹, cum tot fulci-
mina ex æterno sacri codicis Thessau-
ro in hanc rem produci queant, qvod
seilicet semper in patria aliquot, tem-
pore etiam captivitatis manserint & ex
omnibus tribubus qvidam redierint qvod
Scalig: negat. Nam (a) post abductio-
nem à Salmanas: factam, ex illis tribu-
bus magnam freqventiam ad Pascha

ce-

celebrandum debita religione Hierosolymis evocavit Ezechias 2 Parl: 30. v. 31.
 (β) Soluta eorum captivitate, duodecim vitulis totidemque hircis juxta numerum tribuum Israelis, DEO supplicante legitur Esr. 8, 35. & 6. v. 16. 17. tum
 (γ) promissiones de Israelitarum reditu, in Prophetis non nullæ eluent Jel. 44. & 45. Jer. 50. v. 4. & 3. v. 6. & seq.
 In Novo Fœdere non minus impletum est vaticinium Esa. de terra Zabulon & Naphtalim Matt. 4. v. 15. qvod sint visuri magnum lumen per Christi prædicationem. S. Jacobus etiam (δ) Epistolam suam duodecim tribubus dispersis dedicavit. Qvare Reverend: Usser: Anal: ad an: 3468. *Non integras Regni Israelitici tribus Salmanas: abduxisse sed partem reliquisse infert.* qvæ cum Judæis Beniaminitis & Levitis a Nebucadreosaro in Babylonem deportati & à Cyro dimissi sunt, unde soluta eorum captivitate an: 1. Cyri omnes Israelitæ dicuntur habitasse in civitatibus suis Esr: 2. v. 70. Potuerunt itaqve tempore Ptol:

Ptol: in Ægypto & Palæstina distinctæ
 Israelitarum tribus inveniri qvocunqve
 demum numero, qvandoqvidem liqvet,
 aut non planè ita abductas fuisse, qvin
 numerosæ in Samaria manserint reli-
 quiae, aut in oriente tam rigidè non
 detentas, ut non aliquibus saltē licu-
 erit, sive una cum dimissis Judæis, sive
 alias redire in Palæstinam. Angaria et-
 iam illa qvam Scalig die 8 Mensis The-
 bet indictam suisse tradit, satis ruinoſa
 est, cum non alio fundamento, qvam
 Judæorum qui rerum suarum satis
 immoderati sunt buccinatores testimo-
 nio nitatur & ex Talmudicarum fabu-
 larum fonte manet: sed malo hic cala-
 mum premere & cuilibet acuto censo-
 ri hanc rem altius pensitandam relin-
 quere, qvam in ea cum adeo sit con-
 troversa, curiolum me præbere.

M O M E N T : IV.

Quatenus nos imprudentius his flueti-
 bus commisimus, altius paulo proce-
 dendum instituti nostri ratio postulat,
 ad expendendum, cuius auspiciis qvave-

occasione versio hæc in lucem prodiit,
circa qvod in diversa sententiarum di-
vortia itum est. Non desunt quidam,
qui ad Judæos Alexandrinos, utpote
lingvæ Hebreeæ ignaros, Græcè autem
à Regibus scribere & legere coactos,
derivant. Alii Ptol: Lag: defendunt:
huic sententiæ patrocinantur Clemens
Alexandr: & Irenæus, Pater vetustissi-
mus Græciæ in lib: advers: hæresi: 3.
cap. 25 verba Iren: sunt: πτολομαῖος ὁ λά-
γγες φιλοπαικτεύει τὴν ὑπ' αὐτῷ κατασκευα-
σθέντων βιβλιοθήκην ἐν Ἀλεξανδρίᾳ κοσμῆσαι.
Ptol: Lagi volens Bibliothecam à se Alexan-
dræ extructam exornare. Communi ta-
men doctorum calculo tam Christianorum
quam Judæorum & Arabum
Ptol: Phil: iussui & auctoritati tribuitur,
qvod is voluptate ineffabili explen-
di Bibliothecam Alexand: libris omni-
um generum, injunxerit Bibliothecario
suo Demetrio Phaleræo, ut libros di-
gnos patrocinio Bibliothecæ, undique
que corraderet, minimeque Regiæ sum-
tus rationem haberet; jam qvinqua-

ginta (aut, juxta Ammianum Marcell.
 Septuaginta millia) voluminum orna-
 tus non satis erat, codex facer Mosis &
 Prophetarum Græcus à Demetrio adhuc
 desiderabatur, Rex Philadel. Eleazarum
 Pontificem solicitat, ut qvosdam viros
 lingvæ Hebrææ & Græcæ scientes mit-
 teret, qui librum θεοπνευσον V. T. in lin-
 gvam Græcam traducerent, sicque po-
 tis hujus præstantissimi thesauri qvasi
 gemmæ bibliothecæ fieret. ita placuit
 Josepho Phil: Tertul: Athan. Aug: & ple-
 risque aliis auctoribus, qui de hac ver-
 sione scripserunt, neq; hac de redu bi-
 tandum esse, (*cum apud omnes antiquos
 constet Ptol. Phil. Interpretes Judeos evocasse*)
 censem Joh. Wowerus in Synt. de LXX l.3.
 nec tamen plane Ireræi sententiam irri-
 tā reddendam censem Hottingerus, verum
 magis auream Abdiæ Prætorii regulam
 attendendā: *In supputationib⁹ nimirū anno-
 rum Patris & filii simul administrantium non-
 nunquam de communi administratione, non-
 nunquam de propriotextum loqui.* Cum no-
 men Proloemæi generale esset Regum

Ægyptiorum posteriorum, à Ptolomæo
 Lagi ad Cælarem Augustum (qui Ægyptum in provinciæ formam rededit)
 prout priorum Pharaonis , ut monet
 Lud. Vives in Aug. l. 18. de Civ. Dei c. 42.
 Potuit igitur Ptol. Phil. consors regni à
 Patre factus, summam operam huic ne-
 gotio locare, vel quod ipsius prudentiæ
 cura totius operis à Patre commissa
 fuerit, aut tandem post fatalem exces-
 sum Patris demum ad Colophonem
 ducta fuerit: ceu conjiciunt Hotting: in
 Thes: Phil. I. c. 3. q. 2. Calovius, qvi-
 bus alludere videtur Eus: in hist: Eccles:
 l. 7. C 26. Μαθῖτης inquietus δέ ἐσιν σὺ τῶν ὑπὸ^{τοῦ}
 Φιλωνος, Ιωσῆπου, Μαρκαίων λέγομενων. Καὶ
 ς μόνου τέτων, ἀλλὰ καὶ τῶν, ἐπὶ πολαι-
 στέρων, ἀμφοτέρων Αἰαθοβύλων τῶν Ἀπεικλην
 οἰδασκάλων Αερισοβύλων τῆς πάντης, ὃς σὺ τοῖς
 ἰδβομήκοντα κατειλεγμένος πᾶς τὰς ιερὰς καὶ
 θείας εἴβρειών, ἐρμηνέυοντας γραφὰς Πτολο-
 μάσι φιλαδέλφῳ καὶ τῷ τέτταρες πατερὶ.
 Discere autem est ex iis quae à Phil. Joseph.
 Musæo dicuntur. Nec ab iis tantum, sed ab
 aliis iis vetustioribus, duobus videlicet co-

gnomento Agathobulis, Praeceptoribus eximis illius Aristobuli, qui in numerum LXX sacras & divinas Hebreorum literas Ptolomeo Philadelpho & Patri ejus vertentium affectus fuit

MOMENT. V.

His levi calamo tactis, excipit locus ubi ista Interpretatio facta sit, an in una domo, vel juxta mentem aliorum, in diversis cellulis : quod haud pauci negotiis nostris miraculum huic Versioni conciliaturi defendunt; quorum ex segete primus suum erigit caput Justin Martyr, vir doctrina clarus, in Paren. sua ad Græcos v. II. Ptolomæum non in ipsa urbe Alexandria locum assignasse Interp: in qua opus, suum absolverent, sed septem ab ea stadiis in Pharo iusula exstrui jussisse ισαρχίδης τῶν ἐργατικῶν οἰκισκές μηκός, adicules parcum Interpretibus numero, ut sigillatim interpretationē adornarent. Et mox sibi fidem facturus adjicit, ταῦτα δὲ μῆθαι ὑπερβολασμένας ισορίας απαγγέλλομεν, ἀλλὰ εὐτὸι τῇ ἀλεξανδρείᾳ γενόμενος καὶ τὰ ἔχ-

ἦν τῶν ὀικίσκων ἐν τῇ Φάρῳ ἐωρευκότες ἐπὶ σω-
 ζόμενα, οὐκ ὅπλοι τῶν ἔκτειν ὡς τὸ πάτερα
 περιεληφθέντων ἀκηκότες, τοῦτο ἀπαγγέλλομεν:
 Neque hæc vobis ut fabulam aut confictam
 narramus historiam, sed qui ipsi Alexandriae
 fuimus & vestigia ædicularum reliqua in
 Pharo vidimus, & ab incolis, qui res patrias
 a majoribus acceperunt, audivimus hæc an-
 nuntiamus. Cujus evidentem quod ἀντοψίᾳ
 corroborat auctoritatem, amplexi sunt
 viri non secus doctrina quam pietate
 clari Iren. Isid. Clemens Alex. Hilar. &
 August l. de civ: DEI: 18. cap. 43. qui
 Prol. ita fidem illorum explorare volu-
 isse affirmat. Quam autem feliciter hoc
 dixerint, satis luculenter vel inde colli-
 gi potest, quod erroris accusati fu-
 erint a S. Hieron: qui passim in scri-
 ptis suis non minus eos manifestum
 elenchum testimonii commississe restatur
 quam fabulis non refabricatas in Pharo
 insula cellulas evertit; maxime tamen
 Prolog. in Pentat. multorum eruditorum;
 tam Pontificiorum, quam Chri-
 stia-

stianorum applausu, penitus ex animo
 suo evellit, sponteque valere jubet: cum
 infirma nitatur hypothesi. Nescio inquit
 quis primus auctor *LXX* cellulas mendacio
 suo extruxit, quibus divisi eadem scriptitarent.
 in quam sententiam & nos propendere
 cogit historia hujus versionis, ubi Ari-
 steas; nec non Philo, & Josephus quie jesus
 verba commemorant, dilerte scribunt,
 in una Basilica congregatos inter se
 disputasse, non in diversis cellulis quasi
 DEUM tentantes, qui non sine necessitate
 tentandus est, ut eleganter docet doctil.
 Capillus. Huic suum calculum adiicit
 Zonaras annal. l. i. affirmans a Demetrio
 eis ἐν ὕπαρχοις in unam domum ductos
 esse; quæ sententia est etiam multorum pro-
 testantium, aliorumque ex Patribus, ex-
 ceptis Epiphanio & Justiniano, qui, ut Ju-
 stinus Martyr, singulis unam tribuit do-
 mum, ita hi binos in diversis conclavi-
 bus inclusos fuisse crepant. Philo. Jud.
 vero Tertull: Chrysost. & Euseb: cum
 aliis, qui cum multa alia de versione τῶν
 mi-

miracula tradant, cellulas tamen quod omnium præcipuum erat, silentio involvunt, quod minime fecissent, si et verè existissent. Unde potiorem ducimus sententiam cellulas negantium, quam affirmantum, licet antiquos non dampnemus, quibus facile fuit fidem adhibere. Justino viro Sancto, cum dicat se ab accolis Alexandriæ accepisse, quamvis & ipse à Judæis nūgivendulis rudera quædam ostendentibus deceptus fuerit, ceu testatur Bellarm: l. 2. de Verb. DEI cap. 6. verba ejus sunt. Quod Justino Judæi fabulam, à se confitam, persuaserint, & quasdam ruinas ostendentes cellulas esse dixerint LXX Interpretum, facile fieri potuit: nec minus facile, ut Justino, viro sancto, fidem babuerint posteriores. Pariter habent Andr: Masius, Wilhelmus Schikhardus. Nec quempiam moveat locus iste Talmudicus in Soph: c. 1. Sect: 8. quem quia prolixior est quam ut hoc transcribi possit, cui legendi cura fuerit & copia, inde petere jubemus, cui

cui vero illius inspiciendi copiam fors
inviderit, saltem Hottingerum consular.

MOMENTUM VI.

Quamvis autem iis, qvæ supra de oc-
casione & auspiciis signata sunt, de
tempore, qvo hæc Versio ornata fue-
rit, aliqua ratione constare possit, ne ta-
men magni hiatus argueremur, utpo-
te, qvi cum alias hujus versionis ex-
ternas quasi affectiones per partes teti-
gimus, hoc de tempore punctum, qvod
inter externas circumstantias, non mi-
nimum est, vel in totum, sicco, ut a-
junt, pede præteriverimus: vel quasi a-
liud agendo tetigerimus, pauca etiam
de tempore sigillatim notare juvabit.
In determinando autem articulo tem-
poris, hic facile exclamaveris: *Quot capi-
ta, tot sensus.* Ut taceam Sixtum Senens: qvi
ad annum ante natū Christum 350 refert.
Euseb. placet 280 Reverendo Uſterio,
qvem Brian. Walt: sequtus est, 277 cordi-
est, Leusd: in ann: a mundo condito 3699
i. e. tricentesimum annum fere ante
na-

natum Christum inclinat: nec alia mens
fuit Alstedii in Thes. Chronol: Bonfr:
tenet an: 272, à quo non multum ab-
ludit Patavius vir in Chronol: excer-
citatissimus, qui amat annum 278: Qui
omnes, licet in supputatione annorum
aliquantum discrepant, in eo tamen o-
mnes unanimiter conveniunt, quod qui-
busdam seculis ante natalem Christi, &
fere circa initium seculi octavi, mille-
narii quarti, ir: lucem prodierit, Judæo-
rumque publico usui servierit. Itaque
nos, in re adeò incerta inter præstan-
tissimos Chronologorum, ut vix tres
reperias concordantes; idque ob varias
variorum hypotheseis, quas in determi-
nando anno Servatoris sequuntur; no-
strum teruncium addere non neces-
sum esse duximus.

CAPUT SECUNDUM,

MOMENTUM I.

Expeditis sic pro viribus ingenii, pri-
mis & exterioribus Oeconomiæ
nostræ curis, conseqvens est ut interi-
ori-

oribus ejus tractandis, quantum rudis
 Minerva tulerit, nosmet adcingamus;
 ne autem vagationis justo longioris in-
 simulemur, statim in frontispicio vide-
 bimus, quos libros saepius nominati au-
 storestranslulerint, utrum omnes Cano-
 nicos Veteris Testamenti, aut Pentateu-
 chum solum, ceu voluerat Claudio Sal-
 mas: com: Hellenist: Schickhard: in Bech.
 Happ. p. 38. nisi rationibus Judæorum,
 qui תִּרְהָה legem. Prophetis & Hagiogra-
 phis contradistingvunt; sic enim fabulan-
 tur, in tract: Sopher. c. i. l. 8: Prologe
 dixisse Interpretibus huic operi
 assignatis, כתבו לך תורה משה רבינו
 h. e. Scribite mihi legem Mosis Magistri Ve-
 stri. à quorum partibus stare videtur
 Magn: Hier: c. 5. Ezech: ut & cap. 2.
 Mich: sed adeo hæsitanter, ut passim
 alibi in Comment: sibi contrarius sit,
 sic namque in Com: super 12 Proph:
 minores, Quamquam inquit, eruditii solos
 quinque libros Mosis à LXX translates pro-
 bant, utpote, Joseph. Et Ebrei, nos tamen sequuti
 auctoritatem veterum; Irenæi, Tertull. Origen:

totum *Vet: Test:* per *LXX translatum dicimus.*
 Nec ab his abludere videtur Joseph:
 (ut taceam Arist: & Phil: qui & ipsi
 solius legis mentionem faciunt) qui in
 præf: antiq: Judaic: Πτολομαῖος inquit ὁ
 δεύτερος βασιλεὺς Σέξιφρέτως ἐφιλοπιήτη τὸν
 ἡμέτερον νόμον εἰς τὴν Ελλάδα μεταβαλεῖν ὅδε
 γὰρ πᾶσαν ἀκεῖνος ἐφῆ λαβεῖν τὴν παγετο-
 φὴν, ἀλλ' ἀυτὰ μόρα, τὰ τῷ νόμῳ παρέδο-
 σαν ὁι περιφθέντες, *Eg.* Ptolom Secundus Rex
 Aegypti, magnopere contendit legem nostram
 in Grecum sermonem transferri. Neque ve-
 ro totam scripturam accipere illi contigit, sed
 legem solum tradiderunt ei missi. Contraria
 vero sententia, ut veteris Ecclesiæ Patres
 ferè omnes, plerosque recentiorum, imo
 etiam quosdam Rabbinorum agnoscit
 auctores, ita probabilior videtur. Asse-
 runt vero isti, omnes *Canonicos V.T.*
 libros à *LXX* versos. Sic Elmakin Hi-
 storia Eccles: p: 159. אמרה ב אלמלך
 בטלומיס אין יפסזא אלתוואה וכותב
 אלנכיה *h.e.* *Et fuisse eos Rex transferre scripta*
legis & Prophetarum. Illi suum calculum
 adjectit Justin: Mart: in dial: cum Try-
 pho-

phone, Iren: Orig: Tertul: Theod: & Clemens Alexandr: cuius verba hic inservere placuit ex l. i. Strom: quæ sic audiunt. Ερμηνευθῆναι δὲ τὰς γραφὰς τὰς τῶν νόμων, καὶ τὰς Προφητικὰς ἐκ τῆς τῶν Ἑρείων Διατάξεων εἰς τὴν τῶν ἑλλάδων γλώτταν Φασὶν ὅπερι βασιλέως Πτολομαῖον. Cry-
sostom. - vero memorat, scripturas Prophetarum a LXX translatas, in templum Serapidis repositas ibique ad-
huc in Bibliotheca Regia sua ætate visas esse. Cui parti & nos eo lubentiores ac-
cedimus atque secessum à solius Penta-
teuchi defensoribus facimus, quo validioribus rationibus jam dudum ea a Magn:
Calov. in Crit: Sacr: Diatrib: io: Hotting:
Thes: Phil: l. i. c. 3. l. 3. Leuds: in Discert:
de LXX Interp. sententia refutata est.
Qvorum gazis nostrum teruncium ad-
dere, licet non opus sit, lubet tamen
ea notare qvibus potissimum hac sen-
tentia nitatur, rationibus. (a) Qvia ea-
dem ratio qvæ movit Ptolomæum in
corradendos, per totum orbem libros,
tam immensos sumtus facere, videtur

etiam eum cæteros libros V. T. præterire
 non permisisse, cum hi antiquitatū studi-
 osis magno in pretio esse solebant, præci-
 pue Ptolomæo, qvi incredibili studio sci-
 endi antiquitatis monumenta tenebatur,
 ut observat Andreas Masius: unde & mi-
 rabile visum fuit LXXII dierum spatio-
 tantum opus absolvi, cum breviori et-
 iam tempore solum Pentateuchum con-
 cinnare potuissent, sine aliquo mira-
 culo. (β) maxime hoc evincunt Chri-
 sti, Apostolorum & Evangelistarum
 testimonia, in Novo Fœdere adducta,
 non solum ex Pentateucho, sed ex
 Prophetis etiam & Αγιογράφοις ad mo-
 dernam Græcam versionem τῶν LXX
 descendentia, petita (γ). erat tanquam
 ostium Gentilibus ad Christum, juxta
 Crysoſt: per receptionem Evangelii, cui
 fini non modo lex Mosis necessaria e-
 rat (cujus lectio sub Antonio Tyranno
 capit is pæna prohibita fuit) sed ut
 Prophetarum etiam oracula, in lingvam
 Græcam omnibus notissimam, transfer-
 rentur: quam dein (δ) cum in Synago-
 gis

gis publice, tum intra privatos parientes perlectam, tam Judæorum historiæ quam Novum fœdus ambigere non sinnunt. Ne autem locus citatus Josephi nobis sit obstaculo, placet eum expedire & quidem voce νόμος in latiori significatione commodè posse intelligi totum Vet: Test: quo sensu non secus Evangelistæ ut Joh. 15. v. 25: & Apost: ut Rom: 3. v: 19. quam Talmudistæ eum acceperunt. Sic in tract Sanhed: c. 11. intelligentes Prophetiam Elaiæ & quidem præcipue cap: 25. v. 8. & Pl. 84. v. 5. inferunt hinc resurrectio mortuorum probata ex lege est, quod confirmat R: Azar: in Meor Enaim c. 7. p 47. וְהַלְאָגָם לְהַלְלֵנִים בְּחֶרְבָּה מִקְמוֹת־זָהָב: שֵׁם תּוֹרָה כָּלֵל הַנְּבִיאִים וְהַסְּתוּכִים: Annon etiam apud sapientes nostros multa reperiuntur loca, in quibus nomen legis, complectitur etiam Prophetas & Hagiographos. Sagacius tamen Magn: Calovius Crit: facr: Diatr: 10. hunc declarat locum, fuisse Scilicet apud Judæos alia monumenta innumera recondita, res gestas, ritus,

tra-

traditiones iurales & politiam eorum
concernentia: qvibus rejectis, precipue
legem, hoc est scripta Mosis & Prophe-
tarum, Philadelph: desiderasse. Concludit
itaque: *Hæc ni fallor est loci, qui plerisque
maxime obstatre videtur, Interpretatione Prophe-
tarum à Senioribus factæ, certa & perspicua
sententia.*

MOMENT. II.

De libris Apocryphis qvod Idem In-
terpretes eosdem etiam Græce red-
diderint tantum abest, ut affirmemus,
ut non facile eatur demonstratum,
qua dialecto omnes primitus fuerint
exarati ; hoc tantum extra dubitatio-
nis aleam positum est, omnes eo tempo-
re non extitisse, verum post rāv ó in lu-
cem editos ; quod judicium de omnibus
in universum libris Apocryphis ferre non
dubitavit Genebrard. I. 2. Chron, ad an.
M. 3638, Certum quidem est additiones
Eldræ demum tempore Ptolomæi &
Cleopatræ in lucem editos, ceu liquet ex
cap. 2. Primam etiam historiam Macha-
bæo-

bæorum non multo ante traditam esse
ipsa historia loquitur, quam tamen
Hebraice exaratam; ut & Siracidem si-
biqve visam, testatur Hieronymus, in
præf: lib. Salom: qvod nec Ecclesiasticus
de suo libro latere voluit, in præf: 2.
verba ejus huc redeunt. *Abus meus
Jesus, date nobis veniam, non enim eque va-
lent eadem per se cum dicuntur Hebraice: &
eum in lingvā alteram transferuntur.* libros
vero Tobiæ & Judith, (qvos post redi-
tum Judæorum ē Babylonia concinna-
tos, textus Tobiæ nec non cap. 5 Ju-
dith: declarat) etiā idem Pater, Chaldaico
sermone scriptos se offendisse, in ea-
dem præfatione refert. Cæteros autem
libros ejusdem ordinis, fiducia qua
Sanctus Hieronymus nobis præivit in
prol. Galeat; primitus Græcè ut ex di-
versis auctoribus, ita incertis tempori-
bus exaratos esse contendimus. Qvam-
qvam præterea, hi dicti libri à Judæis
Alexandrinis primum recepti fuerint,
tamen in numerum Canonicorum re-
ferri apud eos non merebantur, qvan-
do-

doqvidem ultra XXII libros, secundū, numerum literarū Hebraicarum, Ecclesia non agnovit Judaica spontore Magno Hieron: prol: Galeat: Hotting: Theſ: Phil: l. i. c. 2. l. 3. Brian: Walt: prol: in Bibl. Polyglot: hinc, posito non tamē concessio, hos libros tunc temporis extitisse, tamen fidei abſonum videtur, Eleazarum Pontificem libros dubiæ auctoritatis, ad tam potenteri Regem, cum iis Interpretibus misisse. Cæterum qvis prædictos libros Hebræos & Chaldæos in Græcam tranſtulerit, certo præfiniri non potest, interim non LXX. sed Theodos id fecisse, Hotting: l. c. non abnegamus.

MOMENT. III.

Hisce expensis, data fide ultra de libro Ἀρχετύπῳ quo uſi fuerint LXX, aliqvid edifferendum procedimus. Qvod ſuscepturis, varia ſententiarum diuertia occurruunt, & qvidem prima eorum ſententia, qui lauent miferere dilacerato codici Chaldaico, quam olim fovebat Philo Judæus, cuius cau-

causam postmodum egit Azarias c. 8. 9.
 part: prim: lib: Imre binach, his potissimum
 inductus rationibus; (נ) quod
 Græca τῶν ὁ multis in locis conveniat
 cum Paraphrasi Jonathæ & Targū Hie-
 ros: ut illud Gen: 4. 8. וְפָקַד תְּרוּwoּתִין לְבָרָא
 i. e. exeamus ambo in agrum: sic LXX,
 οὐλαθωμεν εἰς τὸ μέδιον, quæ verba non in-
 veniuntur in Textu Hebræo nisi in Keri.
 (ב) Qvia Judæis execrabile erat li-
 bris sacris pictis aureis literis uti, qualem
 Joseph. & Epiphanius LXX viris inser-
 visse memorant. Sed eæ insufficientes &
 sublestæ, ad fidem faciendā, videntur esse
 rationes; cum hæc ex ventoso Talmudi-
 corum cerebello sit elisa; illa, quod idem
 de aliis versionibus utpote Syriaca, Sa-
 maritana, &c: vel quod Chaldæi à της ὁ
 mutuari fuerint, ut quidam volunt, dici
 possit. Aliquanto probabilior videtur
 esse eorum sententia, qui Samaritanum
 Codicem τὸς LXX, operi huic adhi-
 buisse volunt: qvorum antesignanus e-
 rat Gvilielm⁹ Postellus vir certe scientia
 linguarum clarus, verum sub senectu-

tem, Judaicis ineptiis paululum fascinatus: *Fuit inquietus in Tab: ling. rab: 2.* (scriptura Samaritana) *in usu omnibus Iudeis, donec ab Ezra publice est expositus sanctus Character, adeo ut LXX. ex ea Mosis libros Ptolomeo verterint.* Cujus parafrastam agunt Ludovic: de Dieu ad Mat: 19.5. Joh. Seld: de Mari Claudio; nec ab eis discedit Hotting. Thes: Phil: l: 1. c. 3. l. 3. q: 4. adducta uberrima segete dictorum codicis Samaritani, cum versione Græc: τῶν ὁ, convenientium, quorum paucissima huc declarandi causa inserim⁹. Sic Gen: 6v.20. pro Heb: מִכֶּל רַמֵּשׁ הָאָרְמָן ab omnireptili terræ, LXX habent καὶ λόπον πάντων τῶν ἐρπετῶν τῶν ἐρπόντων οἵτινες τῆς γῆς, cui ex amissi respondet versio Samar: וּמִכֶּל אֲשֶׁר רַמֵּשׁ עַל הָאָרְמָן: pariter Gen: 49.22. pro Heb: בְּנֹת צָעֵדָה עַל שׂוֹר filie incedentes super murum LXX. οὐδέ μη νέωτανος οὐδές με ἀνάστεψον juxta Sam: שׂוֹר בְּנֵי צָעֵדָה עַל, fili mi natu minime ad me respice. Sic Exod: cap. 6. v. 5. Lev. 5. v. 6. Num: cap. 1. v. 44. Deut: 30. v. 18. cap. 12. v. 28. Hæc, & alia plurima con-

fi-

similia, qvamq; aliquid ad rem facere
 videntur, tamen in horum castra temere
 transire non audemus. Nam (a) pro-
 cul est ut credere possimus, Eleasarum
 ceu summum sacerdotem, in tam celebri
 functione ad regem potentissimum, cu-
 jus imperio tot Judæorum myriades
 paruerunt, consulto cum viris scien-
 tia & auctoritate claris, misisse librum
 mille mendis scatentem, qvi apud Ju-
 dæos ~~audientias~~ laudem non meruit.
 Deinde (b) tum Epistola Demet:
 ad Ptolomæum: huic sententiæ recla-
 mat, in qva: *Velim te scire inquit, inter li-*
bros, qvos adhuc desideramus, esse Judeo-
rum leges, Hebraicis enim Characteribus ~~E~~
gentilicorum lingua cum scriptæ sint à nobis
intelligi non possunt. cum Eleasari ad e-
 undem, qvibus summe contendit ut eum
 transmittat. *Tuæ autem inquiens pietatis*
erit ac justitiæ, ut scripta lege ad nos tuto
eam remittas una cum ejus deportatoribus.
 Qvod omnino facere supersedislet, si i-
 ste liber apud Judæos magnæ auctori-

tatis non fuisset; & forte unus ex illis qui in Archivis conservabantur. Præterea (*c*) et si in multis locis versio τῶν ὁ cum Samar: conveniat, pluribus tam ab eo dissentiens, Hebræo respondebat: unde facilius Samar: ex τῶν ὁ descriptam, ceu non nulli volunt, inferri possit, cum adhuc disceptare liceat, quando versio Samar: facta fuerit. Nec (*d*) dum probatum est, modernam Verbi τῶν ὁ quoad omnia esse eam, quæ ab illis Interpretibus profecta est, sed potius multis cum tempore alienigenis mendis commixtam esse, unde quædam etiam ex Samaritano textu irrepere potuerunt. Denique (*e*) in hoc plurimum vacillant Samar: codicis patroni, quod τῶν ὁ literis inversis quo ad vocales & consonantes usos fuisse contendunt, ceu pro η.η. pro γ.γ. pro β.β. pro ι.ι. pro υ.υ. pro ς.ς., pro ς.ς., pro ς.ς., & sic similiter. cum hæ literæ in Samaritano Alphabeto, toto ut ajunt cœlo, inter se discrepent, vocales vero explicitas nec agno-

gnoscit; qvo factō potius arma tertiae
sententiæ defensoribus suppeditant, qvi
pro textu hebræo militant; qvæ etiam
sententia eo magis nobis arridet, qvod
communitam Talmudicorum, & aliorū
Judæorū, qvam plurimorum Patrum &
Criticorū calculo, pro tutissima habita
sit; Morinus eam sententiam multis de-
clarat; Exer: 8. c. 5. nobis autem ha-
bita ratione limitum scopi nostri suffi-
ciant unius Isa: | Cesaub: aureo lapillo
notata verba. qvibus depugnatum vo-
lumus. Puerum in sacris literis esse oportet,
qui nescit LXX viralem versionem ex Hebreo
esse defumtam Exerc: 10. §. II.

MOMENTUM IV.

Siqvidem in eloquiis DEI transferen-
dis LXX, Hebræo codice usos esse
in præcedenti momento dictum est; I-
taqve ne ex eo, laborare incipiat facta
positio, qvod tot in locis ab Hebræo
textu immane quantum dicti modo au-
tores abeunt: age inqviramus in qual-
dam tam notoriæ varietatis cautas.

R.

R. Gedal: in Caten: Kabal: Fol: 24. tres
 caulas in apricum producit (α) Qvod
 Ægyptii Judæorum odio τῶν ὁ versio-
 nem transcripsissent, & transcribendo fal-
 sassent. (β) αὐτόγε Φού τῶν ὁ incendio Bi-
 bliothecæ Alexand: tempore belli civi-
 lis qvod Pomp: cum Cæsare gessit, de-
 letum esse: (γ) versionem hanc, senten-
 tia qvorundam, ex Targum factam esse.
 Scaliger, non dubitavit in Epist: p. 19.
 hujus varietatis causam in ipsos Interp:
 rejicere, qvasi non exqvisite Gramma-
 ticam suam calluisserent, qvem sequti
 Zuingl: in oper: tom: 3. p. 207. Melanct:
 in edit: Basil: August: Steuch: in recog:
 V.T. ad Gens: 4. Sed qvam bene dixerint,
 ostendunt satis Vet: Græci Patres, qui eis
 Interp: lingvarum peritiam solidam tri-
 buebant. Verosimiliores autē eæ rationes
 videntur qvas Hor: Thet: Phil: l. 1. c. 3.
 f. 3. q. 15. qvem sequutus Leusd: in dis: de
 LXX. vers: adducit. scil: (ν) τῆς ὁ
 codicibus corruptis usos fuisset; (α) quo
 ad vocales, ut Psal: 40. v. 5. pro ~~τῶν~~ po-
 suit, LXX in v.4. leg: τὸν ωμα qvasi fuisset

שׁ Sic Jes: 33. v. 2. **זרעַם** brachium
 eorum, LXX. σπέρμα ἀνθρώπου leg: **זרעַת**
 (ב) Qvoad Conson: ut Psal: 56. v. 9.
 pro בְּנָאָרֶף in utre LXX leg: בְּנָגָרֶךָ
 וְאַמְּפִין σε sic Prov: 28: 28. habetur בְּקוּם
רשֵׁיעַבָּשָׁה, cum surgant improbi illis autem
 addita ו legerunt בְּמִקְוָתָה & vertebarunt
 per אֲבָתָה τίτανα sic Jel: 57. v. 18. Zach: 13.
 1. Job: 15. 5. Psl: 104. 3 &c. Nec non (ג)
 qvo ad vocales & consonantes simul: ut
 videre est. ex Gen: 34. 13. טמא רֹנוֹתָה
 vitiavit Dinam à LXX lectum est
 וְעִירָה polluerunt, sic 1. Sam: 20. 19. הַאֲזֵל
 leg: חַזְבֵן, vertunt enim ḥazeb: sic Psl: 19.
 12. Jes: 5. 16. &c. plura dabit Hotting: l. c.
 (ב) Ut tunc temporis qvo τῶν ὁ Versio
 prodiit, nitor Hebrææ lingvæ vicina-
 rum lingvarum commercio, jam obte-
 nebratus fuerit, ita facile ex iis lingvis
 alieni sensus utpote Arabismi, Chaldai-
 smi, Rabbinismi, Syriaismi, vel etiam lin-
 guæ Ægypticæ, irreperere potuerunt,
 multa inter Exempla significationis
 Chaldaicæ, videantur: Psal: 60. 10. Jes: 53.
 10. Syriacæ, Gen: 9. 3. Jes: 4. 2. Ps: 141. 5.
 Ara-

Arabicæ Exod: 18. II. Prov: 30. 31. Es: 7.
v. 6. Psal: 90. 10. &c. Tum (⁹) nec pa-
rum disconvenientiæ intulit magna In-
terpretum libertas & in plurimis ma-
gis sensu in quā verba exprimendi stu-
dium, ut simul Paraphrasas agerent,
quasi moniti eo Horatii.

Nec verbum verbo curabis reddere fidus

Interpres

Porro (⁹) & simul maximam varieta-
tis causam laxis habenis irrupisse au-
guratur Nicolaus Full: Miscell: Sact
p. 354. cum ex multiplici Græcarum
Versionum copia & varietate, nam
eas multis illi mirisque modis muti-
larunt, permutarunt, confuderunt &
perverterunt: tum etiam lectorum sub-
inde in albo exemplaris sui, pro arbi-
trio adjecta annotationes qua manus con-
tinere nequivant librarii, quin imo in
considerata prorsus & singulari certe
temeritate desumpta ex margine in sa-
crum verborum scripturæ contextum
inserere non metuerunt, Præterea (⁹)
non disimulamus Typothetarum & ter-

vorum à manu oscitantiam & ἀβλεψίας
 in plurimis causam fuisse, ut scripta, præ-
 primis τῶν ὁ versio, multis modis laxa-
 ta, & mendosa prodirent, ut sane aueto-
 res si reviviscerent, suam non agnosce-
 rent; qua de re jam veterem ecclesiam
 queritatem videre est ex Exer. Bibl. Mo-
 rini. p. 341. Aug. de Civ. Dei. lib. 15. c. 13.
 Wover. Synt. c. 12. nec non Hier. qui in
 Comment. Prophet. & alibi. Si, inquit,
 Versio LXX, pura, ut ab iis edita fuerat, habe-
 retur, frustra se in Bibliis transferendis labo-
 raturum; Postremo. (1) Nec minima va-
 rietatis causa residet in confusione O-
 ctaplorum Origenis, qvas enim is ver-
 siones ab injuria temporis vindicaturus,
 in octapla sua retulit, asteriscis, Lemniscis,
 hypolemniscis, & obeliscis notatas, eas
 posteri, vel non intellectis, vel omissis si-
 gnis, in unū chaos confuderunt, aut alteri
 ex altera imiscuerunt, ut quod Theodo-
 tonis, Symachi vel alias Interpetis erat,
 LXX adscriberetur. Ex his omnibus tot
 lectionum varietates, ut vel summa in-

genia, sine metu naufragii, hæc vada &
Syrtes transire non possint.

MOMENT. V.

Ultra tamen Sauromatas eorum relegandū erit pronunciatum, qvi LXX Interpretes loca qvædam studio corruptisse ebuccinant, qvod ipsis stigma primum inusserunt Talmudistæ in Talm: Babylon: tractatu Megillach c. 1. fol: 9. Ptolomæum nimirum, LXX, in paribus cellulis inclusis, injunxisse, ut legem Mosis Græcè verterent, qvi hoc obituri negotium 13 loca mutilarint, atque immutarint, ne Regem offenderent; ipsa loca in Talmude recensentur hæc: Gen: 1. v. 1. ibid: 26. Gen: 2. 2. C. 5. v. 2. C. 11. v. 7. C. 18. v. 12. C. 49. v. 6. Exod: 4. v. 20. C. 12. v. 40. C. 24. 11. Num 16. v. 15. Deut 4.v.19. Qvorum ulteriorem expositionem cui locus citatus ad manus non est, petat ex Hotting: Thes: Phil: l. 1. Cap: 3. f.3. q.10. Nec vero hæc tantum loca de industria corrupta esse & volunt & credunt Talmudi-

distæ, sed alia etiam sunt loca, eaqve ma-
joris indaginis, scilicet Mysterium Tri-
nitatis, incarnationis Christi ejusq; Dei-
tatem & Regnum concernentia, qvæ ex
veneranda antiquitate Hier: in præf ad
Pent. August: l. de Civit. 14. & 18 C. 44.
e recentioribus Sixtus Senens: Bibl. S.
lib: 4. p. 302 Bonf: de verbo DEI c. 6. non
qvidem ex incuria aut malitia, sed pio
prudentiç consilio, ne arcana fidei pro-
fanis mentib⁹ deridenda propinarentur,
adeoç sancta canibus darentur, falsata,
hoc est, aliter translata vel plane omissa
esse, constanter tenent. Qvædam horum
& nonnulla alia immutata in qvibusdam
exemplaribus, non diffitemur, sed de in-
dustria hoc fecisse eos, nescimus utrum
qvis afferere ausit. Cum (α) (qvod
præcipue de prioribus dictum esto) qvæ-
dam horum etiamnum textum totidem
verbis Hebræorum exprimant, vel sal-
tem sensum referant; Deinde (β) qvod
prætendunt, eos gratiam Regis eo am-
bire voluisse, id multorum, non de fece
vulgi, virorum fides respuit, cum potius
hoc

hoc gratiam ejus exulcerassent, si manca
 Interpretatione consulto se ab eis delu-
 sum accepisset. Qvis enim sanus credat
 Proloymæum, libri, cuius tanto studio fla-
 grabat, corruptam versionē desiderasse?
 Qvis nisi qvi tenebras luci immiscere ten-
 tet, tantos ex malitia natos errores, cum
 providentia Divina, qvæ huic versioni
 ceu stellæ matutinæ, Solem orientem
 præcedenti, peculiari modo invigilavit,
 conciliabit? Denique (γ) multa sunt lo-
 ca in Psal: & Prophetis, qvæ de Chri-
 sto expressa vaticinia, ut Psal: 22. & 110.
 Elsa: 7. & 9. & 53 & aliis, exhibent, ubi
 versio Græca Hebræam exacte expri-
 mit; alia Christum Mysteriaqve ejus
 concernentia si corrumpere voluissent,
 hæc cur intacta servarunt? Tantæ i-
 taque discrepantiæ causa, quam vel in
 locis 13. vel iis, qvæ in mysteriis Deita-
 tis occurrere dicunt, non malitia eo-
 rum, neqve prudens consilium esse
 videtur, sed ex aliis fontibus, de qui-
 bus in præcedenti membro egimus, tam
 fœdi rivuli manare potuerunt.

MOMENT. VI.

Ubi tecessum ab eis fecimus, qui LXX
interpretes fallati textus incusantes
tragice eos loca qvædam corrupisse ex-
clamant, ex improviso incidimus in
eos, qui non modo omnis erroris versio-
nem τῶν ὁ̄ vacuam, sed & Θεόπνευστον eam
pronunciare haud verebantur, qvorum
ex messe ut antiquissimus, ita primus in
hanc propendebat sententiam Philo Ju-
dæus, in administrandis rebus sacris hanc
versionem solam adhibere coactus: ver-
ba ejus ex lib. 2. de vita Moi: sunt. Εἰδο-
τοί τις τοιούτους, καὶ ἄλλα ἄλλοι τὰ δι' αὐτο-
τῶν τις ὀνόματα καὶ ρήματα, ὡσπέρ ὑποθολεῖας
ἐκάστος ἀρχήτως ἀντίστοιτο, velut numine cor-
repti vaticinabantur, non alii alia, sed o-
mnes eadem verbatim, quasi inspirante quo-
piam & invisibiliter dictante. Qvod vetusti
fatis & sinceri historici (qui non multa
ā facta versione secula præterlapsa vi-
guerat) testimonium etiam aliis, post
annum reparatæ salutis, Piis Ecclesiæ
Patribus: utpote, August: Theod: Ter-
tull. placuit, maxime tamen Irenæo, se-
cun-

cundi seculi Doctori, & Episcopo Lug-
dun: qvi l. 3. ad Hæret: *Ulnus idemque ait;*
Spiritus DEI, qvi in Prophetis prædictis, & in
Senioribus Interpretatus est quæ Prophetata
fuerant. Hujus verba imitatus, Cle-
mens Alexand: itidem Episcopus, ver-
sionem istam velut ἐλληνιστὴν προφητείαν
asseruit. in lib: 1. strom: Qvibus non pau-
ci recentiorum, ut Bellarm. Baron: Jo-
hannes Morin: Petrus Cartul: Bail: Bonfr.
&c. se accommodarunt: *Qui ab adversa-
riis stricti, argumenta eorum ut eludant,*
huc refugiunt, nimirum qvod ut dictum,
ejusdem spiritus ductu qui Mosis & Pro-
phetis adfuit, scripsissent. Verum si pe-
nitius inspiciamus, quam fabuloso hæc
Θεοπνευσία nitatur fundamento, eluceat
satis quid de ea judicandū venit, scilicet
instructa est illa super tria miracula circa
versionem hanc jactari solita, (α) Qvod
singuli singulis cellulis inclusi scrip-
serint, & nihilominus tamen (β) non tan-
tum in rebus, sed verbis etiā minimis &
phrasibus convenerint, (δ) qvod LXXII
die-

dierum spatio dictum pensum absolve-
rint. Qvæ divinitatem qvandam præ le-
ferentia, dicti autores, præcipue priores,
~~πατροπαγαδόσι~~ vel fabulis ad colum natis
habuerunt; posteriores vero, eadem ab
iisdem fabulis, sed in Talmud relatis,
tanquam ex Tripode dicta oracula hau-
serunt, hæc vero ibi in Masech: Sopher:
Cap. i: l. 8. Tunc suscepit DEUS consilium in
corda singulorum, ut congruerent sententiae co-
rum in unam sententiam. Exaraverunt igitur
ipsi legem quilibet seorsim. Subruto autem
hoc fundamento, totum ædificium cor-
ruit: denega itaque fidem fabulis, ever-
tuntur cellulæ, discordat consensus, pro-
longantur dies, & ipsa Επιτευξία his ful-
cris superstructa, ex templo evanescit.
Nec hoc impedit historia Aristæ, Jo-
sephi & aliorum, qvæ LXX Inter: in
una Basilica disputantes de re qvalibet
contulisse, donec singuli in singulis qvæ
postmodum in scripta redegerunt, con-
cordassent, prodit: qvod hominem &
humana signa, non ductum Propheti-
cum redolet, cum sancti scriptores nun-
quam

qvā cum aliis, sed prout à Sp. Sancto edo-
 cti fuerant, sine disquisitione & norma,
 literis qvæ mandarunt, contulerūt. Porro
 plurimos admittebant errores à veritate
 Hebræa dilcedentes, qvorū ventilatione
 multū te torserunt eruditī; ceu, (præter
 illos de qvibus dictum est in Mom: IV.
 & V.) testatur insignis ille in Crono-
 logiis diversitas, præsertim in Genes: ubi
 à mundo condito ad cataclysmum LXX
 recensent An: 2242. cum Hebræus non
 plures qvam 1656 Annos agnoscit; sic
 in Prohet: Jonæ loco 40 dierum, trium
 saltem fit mentio. Unde S. Hier: ubi
 multum in iis conciliandis sudasset, præ-
 clare non vates sed Interpretes, aliquando
paraphastas fuisse, fateri coactus est, eis-
 que, ut hominibus, veniam (cum jux-
 ta Jacobi noëma, multis labimur omnes)
 dandam.

MOMENT. VII.

Licet nos lejunximus ex statione eo-
 rum, qvi infallibilitatem Θεοπνευσίav
 versioni τῶν ὁ tribuerunt, omni tamen
 auctoritate privandam, tot virorum,
 qvo-

qvorum laudes ipsa scandunt sidera, cal-
culus non admittit, qvam non sine spe-
ciali providentiae Divinæ ductu confe-
ctam, omnes admirantur: si vero nævos
aliquos contraxit, canities tamen præ-
terenda secundū illud Christi: ἀδεις πάντας
παλαιος, εὐθέως θέλει νέον, λέγει γάρ οὐ πα-
λαιος χρηστότερος εἴσιν. Cui accedit unanimē
Gentilium, Judæorum, Christianorum,
imo Turcarum suffragium, qui inde à
multis seculis Versionem τῶν ὀττανίς ma-
gnificerunt. Ut taceam Gentiles (qvo-
rum auspiciis primum hanc versionem
factam, dictum est prius) qui anniver-
sarios dies festos in memoriam ador-
natæ versionis, in Pharo Insula, magna
cum frequentia hominum non tam Ju-
dæorum, qvam aliorum, egerunt, ut te-
statur Philo Judæus: Judæi Hellenistæ
ut potissimum in eorum gratiam ver-
sio hæc cusa est, ita magno applausu
eam receperunt; ut haud obscure hoc
innuit R. Alar: p. 26. קיומ הפטرون מאת
כָל עדרת היהודים Confirmatio interpreta-
tionis (Græcæ) ab universo Judeorum

cætu. post modum vero multis ver-
bis extollentes, publicis privatisqve
collegiis in universo terrarum orbe
legerunt, teste Tertul: in apol: c. 18.
Unde orta tempore Justiniani A: 525.
inter Judæos lite, aliis pro solo textu
Hebræo, aliis pro versione Græca in
Synagogis publice recitandis, pugnan-
tibus, Ipse Imperator lege sancivit, ut
omnes volentes, etiam Hebraistæ, in Synagogis
suis, Græca lingua sacros libros prælegerent.
Licer autem Judæi merè Hebræi, Græ-
cam versionem non nihil conviciis pro-
sciderint, indignati sanctam legem pro-
fana lingua tradi, ut inculcat August:
b. 15. de civ: DEI c. II. cernuntur tamen
vestigia in scriptis Talmudicis, ut Talm:
Hier: Sot: 7 animadvertente ea R. Asar:
in Meor En: c. 9. quod versio Græca
in Synagogis publice lecta sit : qvod
etiam observavit Clar: Buxtof: in Lex:
Talm: p. 104. Ad Christianorum cho-
rum ubi perventum est, eum pluri-
mum huic versioni tribuisse, primitivæ
ecclesiæ Patrum testimonia non finunt
am-

ambigere, quibus recensendis nimium
quantum hujus qvæstionis moles ex-
cresceret, iufficiat ergo unus ex multis
Augustin: hoc suo luculento testimonio
in l. 18. de Civ: DEI c. 43. Qvod etsi a-
liae subortæ interpretationes, tamen illam so-
lam recepit Ecclesia, eaque usi Græca lingua
utentes populi Christiani, qui nullam aliam
norant. Imo in hæreticorum classem
rejiciendi erant, qvi alia versione ute-
rentur, ut notat Philast: hær: 39. 40;
Unde factum, ut etiam Evang: & Apo-
stoli qvædam loca in ponendis testimo-
niis de V. T: verbotim pro ut in LXX
versione exstant, ob pervulgatum ejus
usum, expreſſerint. Apostolorum au-
toritatem seu exemplum deinceps se-
quuti sunt Ecclesiæ Latinæ, Syriacæ &
Arabicæ, adeo ut primitus hanc solam,
postmodum vero, confectis aliis, tan-
quam præcipuam, tum in collegia pu-
blica & disputationes. tum intra parie-
tes privatos libentissime reciperen^t;
Non, qvasi hac Græca versione in au-
ribus suis barbara, uti potuerint, sed

quod ex hac versione eloquia DEI in
notas sibi lingvas transfudenda cura-
rint, transfusaqve in cœtibus publicis le-
gerint. Hæc quamquam magnifice
primitivas Ecclesiæ de Versione τῶν ὁ
sensisse probent, tamen tanta non sunt
ut Authenticam auctoritatem ipsi con-
ciliant, eamque, ut ita dicam, Canonizent,
reqviritur enim ad authentiam
ut non solum res, quæ in eo tractantur,
sed etiam voces, quibus res in eo con-
tentæ delineantur, sint ab infallibilibus
auctoribus, vel ad minimum, si adeo la-
xe loqui velimus, ut exactè textum ori-
ginalem referat.

MOMENT: VIII.

Ut ad auctoritatem, versioni LXX vi-
rali conciliandam provocati sunt A-
postoli, ita hic expendendum venit, quo
sensu illud accipiendum sit. Non de-
sunt quidam qui Apostolos & Evange-
listas, in allegandis dictis ex V: T:, ver-
sionem τῶν ὁ semper leqvatos esse vo-
lunt etiam in iis locis, quæ discrepant
ab

ab Ebræo textu, eidemque refragantur
& contradicunt. Qvod sibi in omni-
bus fere scriptis probandum injunxit
Morin: verba ejus sunt ex præf: Bibl.
LXX, auctore Sixt. V. editorum. Hac
Apostoli Apostolicique viri nullaque alia usi
sunt, hac fidei dogmata, doctrinamque suam
comprobaverunt; hanc in sermonibus & homiliis
ad populum enarraverunt: hanc denique solam
in Ecclesiarum sinum, tutelamque deposuerunt,
& Episcoporum fidei commiserunt: idque ad-
eo manifestum esse, sine fronte clamat,
ut nec opus sit auctores ad confirmationē hujus
refutationis nominare. I. Exer. 3. c. 3. quem
sequutus Sixt: Senen: Bibl: l. 8. Verum
utrum a crimine grandis imposturæ ab-
solvi possint, ostendit satis copiosa con-
trariorum exemplorum in Novo Fœ-
dere seges, quæ aliis quam τῶν ὁ verbis,
efferuntur, ut aliis rationibus hic otia
sint. conf. Matth: 2. c. v. 15. cum Hof: II.
v: I: Matth: 2. 18. cum Jer: 31. 15. Matt: 9. 13.
Hof. 6 v.6. Joh. 19, v. 37, Zach. 12: v. 10. Rom:
9. 17. Exod: 9. 16. &c. ex quorum col-
latione videre licet, Apostolos non ad τῶν ὁ
ver-

versionem, sed ad textum originalem
respexisse. Nec tamen inficias imus,
Apostolos & Evangelistas vestigia ver-
sionis τῶν ὁ pressisse etiam in iis locis,
ubi LXX manifeste ex Hebræo textu
deviarunt, uti patet ex Luc: 3. 36 ubi in
genealogia Christi, nomen Kainan ad-
ditum invenitur juxta versionem τῶν ὁ
in Gen: 10. v. 23. & 11. v. 12. quod in Heb.
non extat, sic in Epist: ad Heb: 11. 21.
ex Gen 47. v: 41. Act: 7. v. 14. ex Gen: 46.
v. 27. Hebr: 10. v. 5. ex Psal: 40. 7: Luc. 4.
38. ex Es: 61. 1. Matt: 21. v. 5 Zach: 9. v. 9.
Matt. 21 16. ex Psal: 8. 3. Sed quod in hisce
& aliis consimilibus versioni τῶν ὁ adhæ-
serint, non ideo factum esse existiman-
dum, quasi divinitus inspiratam credi-
dissent & Hebræo prætulissent, verum
quod tunc temporis ea loca, tum apud
Judæos Hellenistas, tum gentiles re-
cens convertos, erant jam adeo divul-
gata & nota, ideo tempori & conve-
tudini consulentes, illorum se captui,
cum quibus illis res erat, accommoda-
runt, & velut lac CHRisti pusillis præ-
bu-

buerunt, qvod sine fidei jactura fieri poterat, donec commodior esset veritatem sine dammno illustrandi locus, ut loqui amat Rivet: Isag: Sacr: c. 10. Versione illa inqviens, usi sunt Apostoli & Apostolici viri, per indulgentiam, & ut se accommodarent quantum fieri posset, receptæ qvidam communiter versioni, sed non ex omni parte. Qvin & ejusmodi loca passim occurrunt, in quibus neutri, nec Hebræo nec τῶν ὁ, Apostoli & Evangelistæ se adstrinxerunt, verum Ἀρχαρχῶν pro scopi & auditorii respectu sensum Propheticum extulerunt, prout S.S. verborum suorum optimus interpres & arbiter, eis dictitavit; cui illustre de ea re perhibet testimonium Hier: tract. de op: gen: Int: Apostoli inqviens & Evang: in veterum interpretatione sensum quæsiverunt, non verba, nec magno-perè de ordine, sermonibusque curarunt, dummodo intellectui res pateret. Qvod exemplis fiet clarius, conf. Matt: 2. v. 6: cum Mich. 5. 2. Rom. 11. 8. cum Es: 29. 10. Matt. 13. 35. Psal. 78. 1. Es: 42. v. 1. 2. 3. 4. cum Mat. 12. v. 18. 19. 20. 21. Mar: 14. 27. Zach: 13. v. 7. &c.

Ex

Ex his allatis, liquet satis Apostolos & Evangelistas & ipsum Salvatorem, non semper auctoritatem LXX Inter: Sequitos, verum nunc Hebrae: modo LXX. iterum propriis verbis sensum Propheeticum aperuisse, qvare Hier: Com: ad Es: 29. c. notare inquit, debemus Apostolos & Evangelistas, non verbum interpretatos esse de verbo, nec LXX. Interp: auctoritatem sequitos quorum editio jam illo tempore legebatur; sed quasi Hebreos, & instructos in lege, absque damno sensum suis usos sermonibus.

MOMENT. IX.

Anteqvam summam manum huic negotio imposuerimus, consultum duximus etiam paucis in sinceritatem versionis τῶν ὁ inquirere, utrum hæc, quæ nunc sub eorum nomine divulgatur, sit eadem, quam famosi illi Interpretetes Ptolomæo conjectam reddiderunt, an vero multis interpolata, atque mutilata? prius defenditur à Baron: qui in appar: anal: n. 119. monet quod Sixti senensis impetratu, Antonio Caraffæ cardinali, tunc temporis Bibliothecario, demandau-
tu-

fuerit a Georgio XIII ut LXX viralem versionem jam pene antiquatam, a mendis purgaret, qui summo studio atque labore, spatio novem annorum, juxta vaticani codicis antiquissimi, & ut credebatur ante annos 1250 exarati fidem, eam Romæ instauravit, sicque pristino colori restituta fuerit. Piores vero editiones versionis LXX utpote Complutensem, Antverpensem, Vatabli, Parisiensem, & Albinam cum iis quæ ex ea expressæ sunt; ut sunt; Argentoratensis, Basiliensis Hervagiana, & Basiliensis Brylingeri, & Francofurtensis Wicheliana, multis vitiatis atque corruptas factetur Morinus, etsi cum Baronio, Capello, & Galeſ: de sinceritate Vaticanæ editionis in Exer: 9. c. 4. agat. In contrarium autem discedens Sanct: Pagn. in Isag: c. 9. statuit non modo corruptam, verum adeo immutatam & ab Ebreo alienam, ut sibi persuadere nequeat, illam eandem esse quam LXX Interpretati sunt. Eos tamen optimè sapuisse judicamus, qui medium tenuere, scilicet superesse quidem, sed ita

perturbatam, mutatam, & mutilatam, ut
 omnino alia appareat. Qvæ Bellar: est.
 censura, eamqve IV potissimum probat
 argumentis, nimirum (a) Judæus eam
 multis in locis corrupisse sponsore Justi-
 no, in Dial: cum Tryph: Deinde (β) Sæpe
 sæpius eam emendatam ab Origene, Lu-
 ciano, Hesychio, & Hieronymo, nihil
 autē emēdatur nisi antea corrupta fuerit,
 Tum (γ) non credibile esse eam editionē,
 qvæ primis 300. annis tot maculas con-
 traxit, reliqvis annis intactam mansisse;
 Deniqve (δ) tempore Hieronymi or-
 nes fere Græcos codices, ex versione τῶν ὁ,
 multa admixta habuisse ex Theodotio-
 ne, asteriscis præfixis, verum postmo-
 dum paulatim asteriscis excisis, editionē
 Theodotionis etiam interiisse, & inde ne-
 cessario ortam esse confusionem, ut jam
 nemo judicare possit, qvid in illis, τῶν ὁ qvid
 vero Theodotionis. Porro Confer: Cal:
 Crit: sacr: p: 606. qvi etiam in eam pro-
 pendet sententiam, succenturantibus
 Gass: Phil: s. p. 41. Hott: Thes: Phil: p.
 377. Riv: Isag: p: 140. Buxt: de Antiq:
 Punct:

Punct: p: 122. Leusd: Phil: mixt: p: 32.
 Wasmuth: Vind: Ebr: p: 118. & multis
 aliis, cum prolixia testimoniorū farragi-
 ne, ut nostrū teruncī addere non oper sit.

MOMENT. X.

Derogata versioni τῶν LXX, θεοπνευσία,
 minuta auctoritas, adempta citans
 Apostolica manus, posita ab tempore illata
 corruptio, vel invito lectori hanc extor-
 qvet quæstionē; utrū aliquia ex ea Theo-
 logiæ studioso redundant utilitas; itaque,
 antequam manum de tabula, in hac e-
 tiam quæstione, simplicem & sinceram
 nostram exponamus mentem. Insignem
 itaque ejus usum senserunt olim veteris
 Ecclesiæ Patres, & sentiunt adhuc hodie
 commentatores omnes; ipsi in Concio-
 nibus & scriptis suis, hac sola versione
 usi sunt, hi in commentationibus suis,
 inter alias, hanc quoque versionem con-
 sultentes; scilicet multum facit hæc versio,
 primum ad intelligendos Moys: & Pro-
 phetas; facilem aliquando sensum, aper-
 tum & concinnum præbens, ubi textus
 Hebræus, vel ob angustiam, in quam iam

ante tempora salvatoris redactus fuit, vel etiam propter obscuras Rabbinorum co[m]mentationes obscurus fuisset & foret. Nec tantum ad intellegendos Mosen & Proph: conductit haec versio, verum etiam Novum Instrumentum recte intelligendum & explicandum necessaria est; quemadmodum enim unus erat Spiritus qui per Prophetas in V. & per Evang. & Apost: in N. T. loquutus est, sic inter stylum V. & N. T. occultus quidam Synchretismus intercedere debuit, ad quem LXX pronam straverunt viam, multa siqvidem sunt in Novo fædere vocabula, quæ ex usu Græcæ lingvæ & Prophanis scriptoribus, qvid sibi velint erui non possunt, sed ex usu τῶν ὦ Hebræis affini. Exempla sint σὰρξ & πνεῦμα qvorum significaciones sacræ sunt, ut illud vitiositatem humanæ naturæ, hoc regimen S. sancti denotet, quæ nusquam in prophanis Græcorum scriptis occurserunt, sed soli LXX, ad solemnem significationem vocum Hebraicarum בָשֵׂר & רַוְוי accommodatur introduxerunt &

lingvæ S. hellenisticæ os commodarunt.
 Sic Gen: 25. 8. καὶ ἐκλείπων ἀπέθανεν Αβρα-
 ἀu, in quem locum licet S. Hieronimus notat
 male adductum esse à LXX vocabulum
 ἐκλείπων, cum neque male neque quic-
 quam additum est, verum εὐφημισμὸς
 ex voce יָנָן natus, lucem feneratur. Si
 Luc: c. 16. v. 9. eadem utenti; Porro
 etiam ad textum Hebræum quem ho-
 die Masoretarum diligentia conservatum
 habemus confirmandum confert. v. g.
 Gen: 14. v. 5. scriptū habemus בְּחֹם, in τῷ
 LXX, ἄνα αὐτοῖς, ætate vero S. Hieronimus lege-
 batur בְּחֹם, unde in trad: Hebr: porro
 inquit pro בְּחֹם dixerunt LXX. בְּחֹם ἄνα
 αὐτοῖς hoc est cum eis, putaverunt scribi
 per Ἦ ducti elementi similitudine, cum per Ἦ
 scriptum sit; בְּחֹם enim, cum per tres li-
 teras scribitur, si medium habet ḥ, interpre-
 tatur in eis, si autem ḥ ut in præsentि, locum
 significat, id est in Ham; sed cum nuspi-
 am concipiatur locus Ham, nec de lo-
 co hic sermo sit, apparet lectionem ho-
 diernam בְּחֹם genuinam esse, eiique τῷ
 Patrocinari. Quin etiam versio τῷ plu-

plurimum valet ad confirmanda, &
 ab omni exceptione liberanda testimonia,
 ab Apostolis reliquisque Novi Fœderis scriptoribus ex V. T. & Græca
 LXX. viralı versione de promta. Tan-
 dem ad Græcos Patres reliquosq; aucto-
 res, rite intelligendos utile esse agnoscunt
 omnes, qvi iis legendis se se dederunt.
 Cum igitur LXX Viralı versio, ad He-
 braicam veritatem probè percipiendam,
 ad nativum N. instrumenti stylum re-
 ste intelligendum, Hebræum textum, &
 testimonia Apostolica conservanda, Græ-
 cos Patres rite tractandos, scientiam de-
 niue & copiam Græcæ lingvæ acqui-
 rendam tam sit utilis & necessaria, qvis
 eam non Theologiæ modo, sed Philo-
 logiæ etiam studiosis, de meliori nota non
 commendet. Nos interim fixa anchora te B.
 L.rogatum volumus, ut hos teneros men-
 tis nostræ interpres, serena fronte susci-
 pere, nec non ingenii imbecillitati dona-
 re, si non omnia ad Cleanthis lucernā ela-
 borata fuerint velis; qvod si optinuerim⁹
 felicissima fata tibi precamur.
 SOLI DEO GLORIA!

Super
Fucundam & utilem

DN. M A T T H I A E E L G /
Philog. Studiosi egregii, ami ci pro-
batissimi,
De Translatione LXXII
Disputationem,

Joco - seria inscriptio ,

O πτολομαῖος Ἀναξίδιος ἡράστων ἀδελφῆς,
καὶ φιλαδέλφῳ ἔχει τένομα πάντα τε γῆς
ἄλλος (ταῦτα τὰ λάγχα) γεράμιματ' ἐράσσεται.

Τῷ Διψὶ τότο κλέος τῷ φιλομάτῳ δέ.
Εἴτε φιλέει μάστιχα, τὰς εἰνεα φόιβους ἀδελφάς·
πῶς φιλόμωσος ἀνὴρ, οὐκ φιλάδελφος ὄμως!
Φοίβοι ἀναξ τόπουν, ὃς μάστιχ πρῶτος ἐπεζεύ,
τῷ φιλαδέλφῳ ἐώ οὐδέποτε πάντα δότω!

In procinctu itineris
ἀπιευσὶ relicta

ā

MICH. SADEEL.

DN. M A T T H I A E Q S

Frater germanè dilectè.

Cur tibi sollicitæ est Grecanica versio curæ,
Auspex cui quondam Rex Ptolomæus erat?
Scilicet hanc cur, quis, quib⁹ auxiliis, ubiqvando,
Reddidit, hacce scheda cum brevitate doces,
Forte, ut Mercurio discas Interpretæ cunctæ
Discere, quæ curis mens valet ipsa suis:
Vel opera ut quondam stupræsen⁹ hæc tuacura,
Interpres Musis nocte dieqve date.
Sit quoqve quod voveo docta hæc tuacura brabei
Interpres merito, quod tibi Apollo dabit.

J O H. E Q S.

Melioris in

Eidem:

Hæc

Enthea qvas virtus, mi dilectissime Frater,
Ingeniumqve bonum, sedulitasqve merent.
Cantarem laudes, & carmina leta sonarem
Digna, sed heic illis nunc mihi vena deest.
At tamen exulto Frater Charissime tecum,
Docta quod hic tandem de tua scripta typis.
Jam ceu cœpisti stadium bene currere curras
Castalio & pergas scripta replere thymo

HEN. E Q S.

